



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 27. Norimbergensia Imperii Comitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI tur, cui *Et fidem haberi peto.* Hæc epi-
A.C. 1522 stola data est die quinta Octobris.

§. XXVII.

Norimbergensia Imperii comitia.

Raynald. ad hunc ann. n. 20. Die vigesima sexta Novembris Ferdinandus, qui Caroli V. tum in Hispania agentis frater Imperii clavum moderabatur, edictum promulgavit adversus omnes, qui legibus Ecclesiæ morem gerere recusarent, vel ab ejus doctrina recederent, promissis etiam per præconem præmiis, quæ ejusmodi criminis reos manifestanti darentur. Petebat hoc edictum præcipue Lutherum, ac ex sententia Principum ferebatur, qui in Norimbergensibus Comitibus ad finem Novembris indictis Præsidente Ferdinando Austriaco convenerant, ubi præcipue duos articulos definiri moliebantur, quorum primus erat, ut de mediis Hungariæ Regnum ab impendente Turcarum insultu tuendi ageretur. Secundus autem eo tendebat, ut Lutheri hæresis reprimeretur; verum magis erat expedita mediorum consultatio, quam eorum executio.